Universitätsbibliothek Paderborn

Natales Sanctorvm Candidissimi Ordinis Præmonstratensis

Sterre, Jean Chrysostome van der

Antverpiæ, Anno M.DC.XXV.

31. Martij. Pridie Kalendas Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37161

Visual Library

Confeſſoris Ordinis Præmonſtra-tenſis. Qui in Mariani Horti Cœno-bio, Candidi Ordinis factus Cano-nicus, & B. P. Siardi egregius diſci-pulus; eius poſtmodum aſſenſu ſo-litariam vitam miro pœnitentiæ ri-gore inſtituit. Cuius ſanctæ con-uerſationis fama latè innotuit: & præter complura miracula, quibus à Deo illuſtratus fuit; etiam Sacra quinque Christi ſtigmata mira-biliter ſibi impreſſa habuit.

31. *Martij.*

Pridie Kalendas Aprilis.

Apud Iouinum Caſtrum in Bur-gundia, Natalis B. Gvidonis, ex Eremita Fundatoris & Cano-nici

nici Cœnobij Viconienſis Ordinis Præmonſtratenſis. Qui Britannus patriâ genere nobilis, ordine Sacerdos, vt liberioris vitæ expiaret maculas, in vicinam Valencenis Syluam DEO vacaturus ſeceſſit. Et ſanctitatis eius erumpentibus radijs, cùm multos in ſui æmulationẽ pertraxiſſet; cùm ijſdem Præmonſtratenſi ſeſe Ordini ſubiecit. Quique ab ineunte ætate ſe voluntariè pauperem fecerat, poſt varios exantlatos labores, etiam terræ ſanctæ viſitata ſacra limina, pauperum egregius conſolator, migrauit à ſæculo, æternùm victurus cum CHRISTO.